



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

Festum SS. Trinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

FESTA MOBILIA. 5

Itolare ejus adventum, ut te ad se suscipiendum peratum inseniat: Turbas fuge & temporalium facultatum devita negotia, quatenus amabiliter Paracletus veniat & requiescat in te. S. L. Just. serm. de Pent.

FESTUM SS. TRINITATIS.

Quid solem intueris? si sapis oculos claudes. Fides talpa sit, oportet. Nimirum non posse in parvulam fossam exonerari Oceanum, Augustine, docuisti. Manu tamen ad tanta mysteria non semel nos duxit cælum. Ita quo tempore Vasatenses Hunni bello, & hæresi suâ SS. TRIADEM Ariani impetebant, Miraculum contra hos ingens pugnavit. Etenim sub ipsis sacris è cælo in aram tergeminæ guttae se demiserunt, invidiam crystallo facturæ. Has cum legere Sacerdos vellet, ecce suapte sponte in unicam gemmam coivere. Atque hoc nobilissimum UNIUS TRIADIS, & TRINÆ UNITATIS symbolum Christiani cruce, hanc unionibus ornarunt. Sed quod unâ suâ gemmâ sat dives crux esset, uniones omnes, velut viatos se faterentur, longè inde exsilierunt, quo permoti cives aurea denique cruce, ut par erat, gemmam unicè pretiosam incluserunt. Jam in Virginis Claræ de Monte Falco corde repertos ajunt

A 3 ho-

6 FESTA MOBILIA.

hodieque asservari tres globos, qui singuli cum singulis, quin immo bini etiam cum tertio certant pondere, nec tamen superant, nec superantur. Ostendit hæc Virgo nobilis aliquid quam aurum, quo mysterium hoc claudamus, cor nostrum. Aut enim hoc, aut nihil capit D E U M.

Quemadmodum reliquis omnibus membris caput anteponis, & cetera membra objicis, ut ictum à capite avertas; ita Sandæ & ejusdem essentiæ Trinitatis fidem sine qua vitam, quæ vere vita sit, vivere nemo potest, rebus omnibus antepone. S. Ephrem in Vit. rect. rat.

FESTUM SS. CORPORIS CHRISTI.

Juvat pompa, quam oninis hodie orbis Christianus dicit, exordia paucis denarrare. Virgo fuit non procul Leo-dio; nomen virginis Juliana. Hæc dum celos, quos animo jam habitabat, oculis etiam obambulat, novam Lunam aspicit, à quâ altera lubens lucem suam mendicaret: pleno tamen incremento aliquid restare videbatur. Subinde audit Ecclesiam hanc esse Christi sponsam, cui porrò ad decoris supplementum nihil deesset quam ut sponsum suum sub panelitate in festo die, & pompa celebraret. Et verò ad hoc operam Julianæ cælum expetere. Diu linguam Virginis modestia ligatam tenuit,

dum